Clemens PP. XIII.

Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium Religionem et Animarum salutem Caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti; omnibus utriusque sexus Christifidelibus verè poenitentibus, et confessis ac Sacra Communione refectis, qui Ecclesiam Bassilicam nuncupatam Sancti Martini de la Ascension, Aguirre Villae de Vergara Calagurritanae Dioecesis, ~~sive tamen~~ cui Ecclesiae ejusque Cappellis, et Altaribus, sive omnibus, sive singulis eorumque seu eas, vel ea, aut illorum, seu illorum singulas vel singula etiam visitantibus nulla alia Indulgentia reperitur concessa, die undecima Mensis Septembris à primis Vesperis, usque ad Occasum Solis dici hujus singulis annis devotè visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum Concordia, haeresum extirpatione hac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum, preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditèr in Domino concedimus. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem ut si alias Christifidelibus in quocumque alio anni die dictam Ecclesiam, seu Cappellam, aut Altare, in ea situm, visitantibus aliqua alia Indulgentia perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit, vel si pro impetratione, praesentatione, administratione, seu publicatione praesentium, aliquid, vel minimum detur, aut spontè oblatum recipiatur, praesentes

nullæ sint. Datum Romæ apud Sanctam Ma-
riam Maiorem sub Annulo Piscatoris die
XI Martij MDCCLXII Pontificatus nos-
tri Anno quarto = Gratis pro Deo et Scriptura
Fr. Cardinalis Antonellus = Passado por la Co-
misaria gñal de Cruzada en 17 de Mayo de
Concuerda con el Breve original, que passado por
la Commissaria gñal de Cruzada se me ha exivido
por el Cavallero Sindico Pror Gñal de esta villa
de Borjara a quien volví tho Breve Apostolico
original, y de su pedimiento signo, y firmo esta
su Copia que va fielmente sacada en esta villa
de Borjara à siete de Septiembre de mil setecientos
setenta y dos =